

## Sermo

Deniq; si multe ⁊ magne delectatio-  
nes sunt in rebus delectabilib; quā  
ta delectatio est i eo qui fecit delecta-  
bilia. Item erit impermixtibile. q̄  
purum. unde **Isaie. xxv.** faciet domi-  
nus in monte hoc conuiuium vincti-  
mie defecate. i. iocunditatem purissi-  
me sine fece tristitie. quia sicut dicit̄  
**Apocalipsis. xxi.** Abstergit deus o-  
lacrimam ab oculis eorum. ⁊c. Item erit  
interminabile. Unde **Jo-  
hannis. xxvi.** Gaudium vestrum ne-  
mo tollet a vobis. quia claudetur ia-  
nus. vt illuc intrare nō valeat inimi-  
cus. nec exire amicus. Ecce gaudium  
plenum. ⁊ plus q̄ plenum. ad quod  
nos perducit dominus noster ihesu-  
cristus. Amen

Eodem die

Sermo. sexagesimus sextus

De letanijs

**N**on quidā obliuisci po-  
test mlier vt n̄ miseret filio  
vteri sui. ⁊ si illa oblita fue-  
rit. ego tamen non obliuiscar cui **Isa-  
ie. xlix.** In hjs tribus dominus i  
firmorum questioni respondet. qui  
dicunt se obliuioni traditos ⁊ dereli-  
ctos a deo. quando eos non eripit d̄  
aduersis. ⁊ ostendit falsam estimatio-  
nem eorum per similitudinem indu-  
ctam a matre. Unde primo compa-  
rat se matri. cum ait. Nūquid potest  
obliuisci mater vt non miseretur fili-  
o vteri sui. Item. Quatuor patitur  
ipsa mater propter filium. scz graua-  
men. dolorem. ⁊ sollicitudinem. que  
omnia considerari possunt in ipsa  
Grauatur enī in informatione pu-

## sexagesimus. vi.

eri. q̄ ait psalmista. **A** decimo die cō-  
ceptionis totum corpus mulieris q̄-  
uatur. caput inquietatur. caligat vi-  
sus. fastidit stomachus. Unde **Tho-  
bie. iij.** Honorē habebit mater  
tua omnibus diebus vite eius. De-  
mor enim esse debes. que ⁊ quanta  
passa sit pericula pro te in vtero  
Doler in parturitione. quia non est  
dolor sicut dolor parturientis. quia  
sicut dicitur **Isaie. xxvi.** Cum a p̄pi-  
tē ad partum dolens clamat in dolo-  
ribus suis. Unde. **Ecclesiast. vij.**  
Gemitus matris tue ne obliuiscar-  
is. Laborat in educatiōe. quia  
nullum animal tanto labore nutrit̄  
vt homo. Unde **Sapientie. vij.** In  
inuolumentis nutritus sum ⁊ curis  
magnis. Sollicita est in conserua-  
tione. quia quicquid agat. quocunq;  
vadat omnis sollicitudo est sibi de fi-  
lio. Eodem modo dominus noster  
quatuor sustinuit propter hominez.  
Primo grauamen vel onus pene  
aduo nanq; onera fuerunt homini  
supposita. Primo impositum est ei a  
diabolo onus culpe. vt hominem in  
infernum demergeret. De quo psal-  
mista. Iniquitates mee supergreffe  
sunt caput meuz. ⁊ sicut onus graue  
grauate sunt super me  
Secundo impositum est ei a deo onus  
pene vt eum a peccato retraheret. de  
quo **Ecclesiastici. xl.** Graue iuguz  
super filios adam. quod consistit in se-  
ptem penalitatibus. s. fame ⁊ siti. calo-  
re. frigore. labore. ⁊ dolore. ac mor-  
te. Sed dominus veniens eripere nos  
ab onere culpe. assumpsit onus pene  
vt per omnia esset similis nobis absq;  
peccato.